Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Crescite & multiplicamini & replete terram. Pre
ueniens quod futurum esset. dicit. masculum
& feminam fecit eos. Quoniam quidem crescere
aliter & multiplicari non poterat homo.
nisi cum femina. Vt ergo benedictio eius
sine dubio futura esse crederetur. ait. masculum
& feminam fecit eos. Hoc namque modo
homo uidens. crescendi & multiplicandi
consequentiam esse ex eo quod ei femina
iungebatur. Cestiorem spem gerere poterat.
in benedictione diuina. Si enim dixisset scrip
tura. Crescite & multiplicamini. & replete
terram. & dominamini in ea. Non adiciens
hoc quia masculum & feminam fecit eos.
Utique benedictioni diuine incredulus ex
titisset. Sicut & maria ad eam benedictio
nem qua benedicebatur ab angelo. ait. Quo
modo sciam hoc. quoniam uirum non cognosco.
aut fortasse quia omnia quae adeo facta
sunt coniuncta & conpaginata dicuntur.
Ut caelum. & terra. & sol & luna. Ita ergo
ut ostenderetur. quoniam & homo dei opus est.
& non sine armonia. uel conpetenti coniunc